



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VII. Qualiter puniendum sit crimen per viam inquisitionis probantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

bula est ad inquisitionem, & consequenter, cui principale commissum est, censetur etiam commissum hoc accessorium, nisi in commissione à Principe facto, assertivè etiam narretur, quòd de fama sibi jam constet, ut supra dictum.

Quartò denique in *c. Ad positionem* 22. *h. 1.* statuitur, quòd nec Legatus à Latere immiscere se possit, speciali à Papa factæ commissioni, de inquirendo contra aliquem, ut dictum; & quòd quilibet de universitate aliqua, contra quam inquisitio demandata est, singulariter excipere possit, si de quolibet in particulari inquisitio fiat; à toto ferè collegio, sive à majore illius parte, si contra totum Collegium communiter inquisitio fiat, cum in priore casu cujuslibet in particulari interesse agatur, in altero verò casu totius tantum communitatis.

## §. VI.

*Quæstiones nonnullæ circa modum procedendi per inquisitionem à Concilio Lateranensi præscriptum occurrentes proponuntur & resolvuntur.*

**P**Uteraq; de primis tribus quæstionibus, quas habet author, ex dictis jã patent, vel speciale nihil asserunt: ultimum quæsitum est, quænam specialia sint observanda in inquisitione facta contra regulares. Respondetur, tria potissimum observanda esse, ut patet ex *c. Qualiter*. Primum est, quòd ordo juris non sit in inquisitione tali contra regulares quoad subtilitates, seu juris solemnitates exactissimè semper servandus, sed sufficiat veritatis probationem certam haberi.

Secundum est, quòd facilius Prælati regulares ab administratione remoti possint, quàm Prælati seculares. Tertium est, quòd contra regulares non ut exceptiones reperiantur, & admittantur, sicuti contra seculares, cum regulares in schola potius virtutum, quàm in processu & solemnitatibus juris vestiti esse debeant.

## §. VII.

*Qualiter puniendum sit crimen per viam inquisitionis probatum?*

**C**ONDEMNATUS & CONVICTUS DE CRIMINE per viam inquisitionis, non punitur pœnâ ordinariâ, sicuti à lego pro illo crimine, sicuti punitur damnatus & convictus per viam accusationis, sed punitur (saltem de jure Canonico) mitiore pœnâ, & arbitrariâ (ut in quibusdam casibus, quod contra eum sine accusatore procedatur, in aliis, in pœnâ scilicet mitiore, retereur) nisi crimen, quod per viam inquisitionis probatum fuit, tale crimen sit, ut etiam post pœnitentiam peractam impediatur ordinis suscepti executionem, aut transgressi retentionem, quæ criminis sui quæ irregularitatem secum trahit, ut crimen simoniæ in acquirendo beneficio commissum, &c. quibus in casibus, eadem pœnâ etiam de jure Canonico debet inquisito imponenda esse, quæ imponitur per viam accusationis convicto & damnato. *c. Inquisitioni 21. h. 1.*

